



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 21. Friderici Imperatoris querelæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Sæcul. XIII. A.C. 1226. cipe in istarum rerum narratione secutus sum.

Godfr. an.
1226.

Comes Fridericus, cum Romæ veniam, quam speraverat, obtinere non potuisset, Leodium venit sub alieno habitu, sed in suam perniciem. Nam ab infidiatoribus deprehensus, & plus quam mille marcis Henrico Archiepiscopo venundatus, Coloniam deinde in Felto S. Martini perducitur, ac, elapso triduo, ultimo supplicio afficitur. Mortis hic fuit modus. Tota corporis mole humi strata, carnifex jacentis brachia & crura securibus fregit, recepitque miser adactas plagas ultra sexdecim, gemitus premeus. Facti pœnitentia tactus crimen suum sæpius, & publice & privatim, confessus est. Omnibus membris ita contritis, adhuc spirans, in rota, super columnam lapideam nixa, prope urbis portam, alligatus elevatur, ubi usque ad diluculum orans, & se circumstantium precibus commendans, tandem animam emisit. Hic Comitis Friderici Isenburghii, uno anno, postquam facinus ausus est, mense Novembri, anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto, exitus fuit.

§. XXI.

Friderici Imperatoris querelæ.
Fridericus Imperator Curiam, seu Comitiam

mitia Imperii generalia, Cremonæ post Pentecosten, quod Festum hoc anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto in diem septimam mensis Junii inciderebat, indixerat; sed plerique in Germania crediderunt, Cardinalium, & Curia Romanæ solertia effectum, ne hic Conventus locum haberet, Imperator igitur Baronibus, aliisque viris Equestribus, Regni Siciliae Feudatariis, indixit; ad iter omnia pararent, seque, in Longobardiam proficiscentem, sequerentur. Pescariam convenirent, quo ipse die sexta Martii se perventurum crederet. Adfuit vero, ut constituerat, indeque in Ducatum Spoletanum delatus, petiit, ut incolæ sibi in Longobardia obsequia militaria præstarent, quod illi, nisi accederent mandata Pontificis, cujus Vasalli erant, facere detrectarunt. Sed, quod imperaverat, urgebat Fridericus, datis literis vehementis stili, denunciata, & præscripta recusantibus poena. Spoletani acceptas Epistolas remittunt ad Papam, qui Imperatori scribens, questus est, quantum his factis offenderetur. Contra Imperator, & ipse ira commotus, Papæ tanquam æqualis æquali reposuit data Epistola, quam durius Pontificis responsum secutum est.

Imperator in sua Epistola summam ap. Rain. dicebat: *Me quidem, contra quam expe-* 1226. n. 6.

Z z 5, etabant

Sæcul XIII.

A.C. 1226.

Abb. Ursp.

p. 324.

Ric. S. Ger.

1226.

Sæcul. XIII.
A.C. 1226.

*Etabant universi, & Principes mihi subde-
bant, paratissimum ad obsequendum ti-
bi habuisti, usque adeo, ut nullus Ante-
cessorum meorum tam devotum Ecclesia
se se exhibuerit. Verumtamen cum Ec-
clesia illa mei, adhuc infantis, tutelam
suscepit, Innocentius Papa sub pulchro
Tutorum & Defensorum nomine laten-
tes inimicos in Apuliam ad me misit, at-
que in solium patris mei evexit virum ex-
terum, qui Imperio, male parto, non
contentus, Siciliae quoque Regnum occu-
pare conatus est. Hic de Ottone Imper-
atore sermo est. Tum de ipso Hono-
rio Papa dicebat: Constitutionibus tuis
antiquum jus Regum Siciliae in Electione
Prælatorum imminuere vis, & contra
morem receptum, me præterito, quos-
dam viros in Ecclesias vacantes immisi-
sti. Postquam in Regnum Siciliae redisti,
& Rebelles depuli, hominibus mihi su-
spectis receptaculum concessisti. Tan-
dem Imperator jure suo Advocatiæ in
Ecclesiam Romanam usurum se minaba-
tur, & omnibus illis, qui querelam con-
tra se moverent, in Curia sua Justitiam
se exhibiturum promittebat.*

§. XXII.

Responsum Papæ.

sp. Rain.
1226. n. 3. 4.
Et.

*Respondit Papa: Ut primo ea, quæ de o-
pinione Principum affirmasti, refellam,
ecce,*